Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

abus qui non gustabunt mortem donec videant filium hominis
venientem in regno suo. In die sc̄o. Ad Corinthios.

Fratres: Qui parce seminat parce metet: et qui semi-
nat in benedictionibus de benedictionibus metet. Unusquisq;
prout destinavit corde suo non ex tristicia aut ex necessitate.
Hilarem enim datorem diligit deus. Potens autem deus
omnem gratiam habundare facere in vobis ut semper in omni
omne sufficientiam habentes habundetis in omne opus
bonum sicut scriptum est. Dispersit dedit pauperibus iustitia
eius manet in seculum seculi. Qui autem administrat se-
men seminanti panem ad manducandum prestabit et
multiplicabit semen vestrum et augebit incrementa frugum
iustitiae vestre. Secundum Johan.

In illo tempore: Dixit dominus ihe discipulis suis. Amen amen
dico vobis. Nisi granum frumenti cadens in terram mor-
tuum fuerit ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit
multum fructum affert. Qui amat animam suam perdet eam.
Et qui odit animam suam in hoc mundo in vitam eternam custodit
eam. Si quis mihi ministrat me sequatur. Et ubi sum ego
illic et minister meus erit. Si quis mihi ministraverit
honorificabit eum pater meus qui est in celis. In vigil.

In illo tempore: Extollens. Assumptionis B. Marie. V. Sapientia laudat
vocem quedam mulier de turba dixit ad eum. Beatus lucam
venter qui te portavit et ubera que suxisti. At ille dixit:
Quin imo. beati qui audiunt verbum dei et custodiunt
illud. Turbis autem concurrentibus cepit dicere. Generatio
hec: generatio nequam est. Signum querit et signum non dabi-
tur ei nisi signum Jonae. Sicut enim fuit Jonas signum ni-
nivitis: ita erit filius hominis generationi isti. Regina